



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

43. De martyribus Romanis Pontificibus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63426](#)

rum officiorum festa in uno die comple-
antur, separatis, non commixtim: vel
vnum eorum in aliud diem differatur,
non tam generali totius ecclesiae obser-
uationi, quam priuatæ religiosorum va-
cationi adiacere videtur, qui nullum de
statutis officijs prætermittere volunt.

De Martyribus Romanis Pontificibus,
andrea cap. XLIII.

10

be GREGORIUS huius nominis Papa
septimus, Apostolicæ sedi presidens, con-
stituit, ut omnium Romanorum Pontifi-
cum & martyrum festivitates, solemniter
vbique cum pleno officio celebrentur.
Nam cum quilibet ecclesia sui patroni,
etiam si confessor fuerit, festum solemni-
ter obseruet, quanto magis eos, qui totius
Ecclesiae, non tam patroni quam patres
extiterunt, & usque martyrium verbis &
exemplis instituere non desiterunt. No-
ta autem sanctum Gregorium Papam pri-
mum in graduali libro de ijs martyribus,
sicut & de confessoribus, Pontificalia in-
stituisse officia, ut de Marcello, Ant. Sta-
tuit. & de Felice, An. Sacerdotes. & hoc
vtique satis congrue, propter excellentiam
digni-

Officia Marty-
rum Pontifica-
lia Greg. in Gra-
duali libro in-
stituit.



dignitatis Apostolicæ. Hoc etiam atten-
dendo maiores nostri de eisdem sanctis
confessorum officia, vel cursum diei &
noctis leguntur obseruasse, quæ & Ponti-
ficij dignitatem eodem modo insinuant,
nec tamen in aliquo eorū martyrio præ-
judicant. Idem & de sancto Appollinare
obseruandū esse gradualis liber demon-
strat. Et de ijs quidem sanctis Hymnus,
10 Inuitatorium, versus, Gloria & honore,
posuisti Domine, Magna est gloria eius,
cantantur ut de martyribus: reliqua verò
per ordinem ut de confessoribus. Qui-
dam autem moderni minus cōcordiam
15 officiorum attendentes, de illis omnem
cantum ut de martyribus obseruant, pre-
ter ad Missam: assertentes cōgruum esse,
ut nocte de Martyrio eorum, ad Missam
autem de sacerdotali eorum dignitate a-
20 gatur. Sed conuenientior videtur supe-
riorum obseruatio. Nam Missa in quoli-
bet festo reliqua solet informare officia.

G 4 De